



1344









M I S S A E  
P R O D E F U N C T I S ,  
D E S U M P T A E  
E X M I S S A L I  
E C C L E S I A E M O N T A L B A N E N S I S ,  
I L L U S T R I S S I M I A C R E V E R E N D I S S I M I I N C H R I S T O P A T R I S  
D . D . A N N A E - F R A N C I S C I - V I C T O R I S  
L E T O N N E L I E R D E B R E T E U I L ,  
E P I S C O P I M O N T A L B A N E N S I S J U S S U E T A U C T O R I T A T E ,  
A C V E N E R A B I L I S E J U S D E M E C C L E S I A E C A P I T U L I C O N S E N S U  
E D I T O .



T O L O S A E ,  
S u m p t i b u s B I B L I O P O L A R U M U s u m M o n t a l b a n e n s i u m ,  
E T V E N E U N T ,  
A p u d { D A L L E S & V I T R A C , B i b l i o p o l a s , i n v i c o M e r c a t o r i o ,  
E T  
D U P L E I X & L A P O R T E , B i b l i o p o l a s , p r o p e E c c l e s i a m S a n c t i R o m a n i .

M . D C C . L X X I V .  
C U M P R I V I L E G I O R E G I S .

R I T U S  
S E R V A N D I I N M I S S A  
P R O D E F U N C T I S .

**I**N Missa de Defunctis Sacerdos non signat se ad Introitum, sed manu dextrâ extensâ producit signum Crucis super librum, sinistrâ interim super librum positâ.

Non osculatur librum in fine Evangelii, nec dicit, Per evangelica dicta.

Non benedicitur aqua in Calicem fundenda.

Ad Agnus Dei, non percutitur pectus: nec pax datur.

Non datur Benedictio; sed dicto, Placeat, Sacerdos osculatus Altare dicit, In principio.

**I**N MISSA MAJORI, Celebrans non incensat Altare antè Introitum.

Finitâ Epistolâ non dat manum ad osculandum; nec benedicit Subdiacono.

Diaconus antè Evangelium dicit: Munda cor meum de more, sed non dicit Jube; nec petit benedictionem, nec manum Celebrantis osculatur.

Ad Evangelium, thus, nec luminaria deferuntur; in fine Evangelii Celebrans non osculatur codicem Evangelii, Subdiaconus antequàm infundat aquam in Calicem non dicit, Benedic, Pater; nec offert Celebranti ad benedicendum.

Ministri, cùm aliquid porrigunt Celebranti, aut recipiunt ab eo; rem tradendam aut acceptam non osculantur, nec manum Celebrantis.

Si Missa Celebratur ritu Solemni, Celebrans incensat oblata & Altare, & ipse solus incensatur à Diacono.

Si fiat oblatio Cleri vel Populi, Celebrans dùm porrigit Patenam ad osculum, dicit accedentibus, Requiescant in pace: singuli respondent Amen.

# ABSOLUTIO.

*Respons.* **L** de 2. **L**ibera me, Do-

mine, ab i-is qui

o-derunt me: non absorbe-

at me profundum, neque

ur-ge-at fu-per me

pute-us os fu-um:

\* Exaudi me, quo-ni-

am † Benig-na est mise-

ricor-di-a tu-a: §. In-

ten-de ani-mæ me-

æ, & libe-ra e-

am. ψ. Domine De-us,

rex se-culo-rum, so-lus

pi-us es: \* Exaudi me.

ψ. Mife-re-re me-î, Do-

mine, Fili David: Domi-

ne, ad-juva me: † Be-

nig-na est. ψ. Propofu-it

te De-us propi-ti-a-

ti-o-nem per fidem propter

remiffi-o-nem de-lic-

to-rum. §. Inten-de.

*Factâ hac ultimâ reclamatione.*

*Cantores* cantant. Kyri-e, ele-ison.

*Chor.* Chri-ste, e-le-ison, Ky-

ri-e, e-le-ison.

*Celebr. altâ* voce, dicit. Pater noster.

*Reliqua dicuntur secretò,*

*interim Celebrans ter aspergit*

*Aquâ-benedictâ leſticam, vel*

*subjacentes tumulos ſi non ſit*

*leſtica, & poſtea dicit:*

ψ. Et ne nos inducas in ten-

tati-onem. R. Sed libera nos  
à malo.  
ψ. A porta inferi,  
R. Erue, Dómine, ánimas  
eórum.  
ψ. Requiescant in pace.  
R. Amen.



ψ. Dómine exaudi oratióem meam ;

℞. Et clamor meus ad te véniat.

ψ. Dóminus vobiscum ,

℞. Et cum spíritu tuo.

*Oratio ut in Missa.*

*Pro omnibus Defunctis, dicitur sequens Oratio.*


**F**idélium , Deus , ómnium cónditor & redemptor , animábus famulórum famularumque tuárum remissionem cunctórum tríbue peccatórum ;

ut indulgéntiam quam semper optavérunt , piis supplicatióibus consequantur ; Qui vivis & regnas in sécula seculórum.


℞. Amen.

ψ. Réquiem æternam dona eis Dómine ;


℞. Et lux perpétua lúceat eis. *Deindè Cantores cantant seq.*



Requi-escant in pa-ce.



*Chorus respond.* Amen.



\*

# O R D I N A R I U M M I S S Æ.

*Sacerdos cum ingreditur ad Altare, factâ debitâ reverentiâ, signans se, dicit :*

**I**N nómine Patris, & Fí-  
lii, & Spíritûs sancti. Amen.

*Sacerdos signans se, dicit :*

ψ. Adjutórium nostrum \* in  
nómine Dómini, R. Qui fecit  
cœlum & terram.

*Deindè Sacerdos, junctis manibus, profundè inclinatus facit confessionem, dicens :  
Confiteor Deo, ut infrâ.*

**C**onfiteor Deo omnipoten-  
ti, beátæ Mariæ semper  
vírgini, beáto Michaéli Ar-  
chángelo, beáto Joanni Bap-  
tistæ, sanctis Apóstolis Petro  
& Paulo, ómnibus sanctis,  
[ & vobis, fratres : ] quia pec-  
cávi nimis, cogitatióne, verbo  
& ópere : *percutit sibi pectus  
ter, dicens : meâ culpâ, meâ  
culpâ, meâ máximâ culpâ.* Ideo  
precor beátam Mariám semper  
vírginem, beátum Michaélem  
Archángelum, beátum Joan-  
nem Baptistam, sanctos Após-  
tolos Petrum & Paulum, om-  
nes Sanctos, [ & vos, frá-  
tres, ] oráre pro me ad Dó-  
minum Deum nostrum.

*Ministri respondent :*

**M**isereátur tuí, omnípo-  
tens Deus ; & dimissis  
peccátis tuis, perdúcat te ad  
vitam æternam.

*Sacerdos dicit, Amen, & erigit se.*

*Deindè Ministri repetunt confessionem : &  
ubi à Sacerdote dictum est, vobis, fratres,  
& vos, fratres ; à Ministris dicitur tibi,  
pater, & te, pater. Postea Sacerdos, junc-*

*tis manibus, facit absolutionem, dicens :*

**M**isereátur vestrî omnípo-  
tens Deus ; & dimissis  
peccátis vestris, perdúcat vos  
ad vitam æternam. R. Amen.

*Signat se signo Crucis, dicens :*

**I**ndulgéntiam, \* absoluti-  
onem, & remissionem pec-  
catórum nostrórum tríbuat no-  
bis omnipotens & miséricors  
Dóminus. R. Amen.

*Inclinatus mediocriter, prosequitur :*

ψ. Deus, tu conversus vivi-  
ficábis nos, R. Et plebs tua  
lætábitur in te.

ψ. Ostende nobis, Dómine,  
misericórdiam tuam ; R. Et sa-  
lutáre tuum da nobis.

ψ. Dómine, exaudi orati-  
onem meam ; R. Et clamor meus  
ad te véniat.

ψ. Dóminus vobíscum. R. Et  
cum spíritu tuo.

*Et extendens ac jungens manus, medio-  
cri voce dicit Oremus ; & ascendens ad  
Altare, secretò dicit :*

**A**ufer à nobis, quæsumus,  
Dómine, iniquitates nos-  
tras ; ut ad Sancta sanctorum,  
puris mereámur méntibus in-  
troire : Per Christum Dómi-  
num nostrum. Amen.

*Tum manibus junctis super Altare, incli-  
natus dicit :*

**O**ramus te, Dómine, per  
mérita Sanctorum tuó-  
rum, *osculatur Altare in me-  
dio, dicens, quórum reliquiæ  
híc sunt, & ómnium Sanctó-*

rum ; ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

*Sacerdos signans librum signo crucis, incipit Introitum : quo finito, junctis manibus, cum Ministris alternatim dicit :*

**K** Yrie, eléison. *M.* Kyrie, eléison. *S.* Kyrie, eléison. *M.* Christe, eléison. *S.* Christe, eléison. *M.* Christe, eléison. *S.* Kyrie, eléison. *M.* Kyrie, eléison. *S.* Kyrie, eléison.

*Deindè osculatur Altare in medio, & versus ad populum dicit :*

**D**óminus vobíscum. *R.* Et cum spírítu tuo.

*Posteà in cornu Epistolæ dicit, Oremus, deindè Orationes, unam aut plures, ut ordo Officii postulat. Sequitur Epistola, Graduale, Tractus, Alleluia. cum Versu & Prosa, si dicatur Missa in exequiis parvulorum.*

*[ Interim Diaconus, in Missa majori, dicit secretò.*

**M**unda cor meum ac lábia mea, omnipotens Deus, qui lábia Isáiaæ Prophétæ cálculo mundasti igníto : ita me tuâ gratâ miseratióne dignáre mundáre, ut sanctum Evangelium tuum dignè váleam nuntiáre : Per Christum.

**D**óminus vobíscum. *R.* Et cum spírítu tuo.

*Pronuntians Inítium, sive Sequéntia sancti ✠ Evangelii secundùm. N.*

*pollice dextræ manús signat librum, deindè seipsum in fronte, ore & peçtore : & dùm Chorus respondet Gloria tibi, Domine : posteà Diaconus cantat Evangel. junctis manibus.*

*In Missis privatis Sacerdos, postquam legit Epistolam, Graduale, &c. delato libro ad aliud cornu Altaris, inclinatus in medio, junctis manibus, dicit Munda cor meum, &c. ut suprâ : tum*

**D**óminus sit in corde meo, & in lábiis meis : ut dignè & competenter annúntiem Evangelium suum. Amen.

*Posteà ad librum conversus,*

*junctis manibus dicit, Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo. Et pronuntians Inítium sive Sequéntia sancti Evangelii, &c. signat librum, & se in fronte, ore & peçtore ; & legit Evangelium : quo finito Sacerdos non osculatur librum, respondet minister, Laus tibi, Christe.*

*Caveat Sacerdos ne quocumque prætextu Oblationem anticipet antequàm Chorus cantet Offertorium.*

*Deindè osculatur Altare, & versus ad populum dicit, Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.*

*Posteà dicit Oremus, & Offertorium, quod dùm cantatur à Choro, si fiat oblatio cleri aut populi, patenam porrigit ad osculum singulis offerentibus, à parte concavâ iis qui majori ordine initiati sunt, ceteris verò à parte convexâ, dicens Requiescat ( seu Requiescant ) in pace ; & quilibet respondet, Amen.*

*Peraçtâ oblatione, Sacerdos reversus ad Altare, accipit à Diacono Patenam cum Hostia, quam elevans offert, dicens :*

**S**uscipe, sancte Pater omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hóstiam, quam ego indignus fámulus tuus offero tibi Deo meo vivo & vero, pro innumerábilibus peccátis, & offensionibus, & negligentíis meis, & pro ómnibus circumstantibus ; sed & pro ómnibus fídelibus Christiánis vivis atque defunctis ; ut mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

*Tum factò signo Crucis cum patena, Hostiam deponit super Corporale. Deindè ministrat Diaconus vinum, & Subdiaconus aquam in Calice : vel si sit Missa sine Diacono, utrumque infundit Sacerdos ; & aquam miscendam in Calice benedicit, dicens Orationem sequentem ; ( omisso tamen signo Crucis in Missis Defunctorum. )*

**D**Eus, qui humanæ sub-  
tantiæ dignitatem mira-  
biliter condidisti, & mirabilius  
reformasti: da nobis per hujus  
aquæ & vini mysterium, ejus  
divinitatis esse consortes, qui  
humanitatis nostræ fieri digna-  
tus est particeps, Jesus Chris-  
tus Filius tuus Dominus nos-  
ter, qui tecum vivit & regnat  
in unitate Spiritus sancti Deus,  
per omnia secula seculorum.  
Amen.

*Postea elevans Calicem offert, dicens:*

**O**fferimus tibi, Domine,  
calicem salutaris, tuam  
deprecantes clementiam; ut  
in conspectu divinæ majestatis  
tuæ pro nostra & totius mundi  
salute cum odore suavitatis af-  
cendat. Amen.

*Deinde facit signum Crucis cum Calice,  
& illum ponit super Corporale, & pallo  
cooperit: tum junctis manibus super Altare  
aliquantulum inclinatus, dicit:*

**I**n spiritu humilitatis, & in  
ánimo contrito, suscipiámur  
à te, Domine; & sic fiat  
sacrificium nostrum in consp-  
ectu tuo hodie, ut placeat  
tibi, Domine Deus.

*Erectus expandit manus, easque in altum  
porrectas jungens, elevatis ad cælum oculis,  
& statim demissis, dicit:*

**V**eni, sanctificator omni-  
potens, æterne Deus sig-  
nat oblata, & bene-✠dic hoc  
sacrificium tuo sancto nómini  
preparatum.

Per intercessionem beati Ar-  
chàngeli stantis à dextris altá-  
ris incensí & ómnium electó-  
rum suórum, dignetur Dómi-  
nus incensum istud benedi-  
cere, & in odorem suavitatis  
accipere: Per Christum Dó-

minum nostrum. R. Amen.

*Et accepto thuribulo à Dia-  
cono, stans incensat oblata,  
dicens: Incensum istud à te  
benedictum ascendat ad te Dó-  
mine; & descendat super nos  
misericordia tua.*

*Deinde incensat Altare, dicens:*

**D**irigatur, Domine, ora-  
tio mea sicut incensum  
in conspectu tuo: elevatio má-  
nuum meárum sacrificium ves-  
pertinum.

Pfal.  
140.

Pone, Domine, custodiam  
ori meo, & ostium circumstán-  
tiæ lábiis meis.

Non declines cor meum in  
verba malitiæ, ad excusandas  
excusationes in peccatis.

*Dùm reddit thuribulum Dia-  
cono, dicit: Accendat in no-  
bis Dominus ignem sui amó-  
ris, & flammam æternæ cari-  
tatis. Amen.*

*Postea incensatur Sacerdos à Diacono.*

*Deinde Sacerdos lavat manus, dicens:*

**L**avabo inter innocentes  
manus meas: \* & circun-  
dabo altare tuum, Domine;

Pfal.  
23.

Ut áudiam vocem laudis, \*  
& enarrem universa mirabilia  
tua.

Domine, diléxi decórem  
domûs tuæ, \* & locum habi-  
tationis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum impiis, Deus,  
ánimam meam, \* & cum viris  
sanguinum vitam meam:

In quórum manibus iniqui-  
tates sunt; \* dextera eórum  
repleta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea  
ingressus sum; \* redime me,  
& miserere meí.

Pes meus stetit in directo : \*  
in ecclésiis benedicam te, Dó-  
mine.

*Deindè aliquantùm inclinatus in medio  
Altaris, junctis manibus super eo, dicit :*

**S**uscipe, sancta Trinitas,  
hanc oblationem, quam  
tibi offerimus ob memoriam  
passionis, resurrectionis & as-  
censionis Jesu Christi Dómini  
nostri : & in honorem beatæ  
Mariæ semper virginis, &  
beati Joannis Baptistæ, &  
sanctorum Apostolorum Petri  
& Pauli, & istorum, & om-  
nium Sanctorum ; ut illis pro-  
ficiat ad honorem, nobis au-  
tem ad salutem ; & illi pro no-  
bis intercedere dignentur in  
cælis, quorum memoriam ági-  
mus in terris : Per eundem  
Christum Dóminum nostrum.  
Amen.

*Posteà osculatur Altare, & versâ facie ad  
populum, extendens, & jungens manus,  
voco paululùm elatâ, dicit :*

**O**rate, fratres, ut meum  
ac vestrum sacrificium ac-  
ceptabile fiat apud Deum Pa-  
trem omnipotentem.

*Ministri & circumstantes respondent :*

**S**uscipiat Dóminus hoc sa-  
crificium de manibus tuis,  
ad laudem & glóriam nóminis  
sui, ad utilitatem quoque nos-  
tram, totiúsque Ecclésiæ suæ  
sanctæ. *Sacerdos submissâ voce  
dicit, Amen.*

*Deindè manibus extensis absoluit sine  
Oremus, subjungit Orationes secretas ; qui-  
bus dictis, cum pervenerit ad conclusio-  
nem, altiori voce dicit : Per omnia secula  
seculorum, cum Præfatione.*

*Præfationem Sacerdos inchoat ambabus  
manibus positis hinc inde super Altare ;  
quas aliquantulum elevat cum dicit Sur-  
sum corda. Jungit eas ante pectus, & ca-  
put inclinat cum dicit Gratias agamus Do-*


*mino Deo nostro. Deindè disjungit manus,  
& disjunctas tenet usque ad finem Præfatio-  
nis ; & iterum jungit eas, & inclinatus  
dicit Sanctus. Cum verò dicit Benedictus qui  
venit, erectus signat se à fronte ad pectus.*

**P**er omni-a secula seculo-  
rum. R. Amen. V. Dominus  
vobiscum. R. Et cum spiritu  
tu-o. V. Sur-sum cor-da.  
R. Habe-mus ad Dominum.  
V. Grati-as aga-mus Domi-  
no De-o nostro. R. Dig-  
num & justum est.


Verè dignum & justum est,  
æquum & salu-ta-re, nos  
tibi semper & ubique grati-  
as a-gere, Domine sancte,  
Pater omnipotens, æterne  
De-us, per Christum Do-  
minum nostrum, in quo no-  
bis spem be-atæ resurrecti-o-  
nis conce-sif-ti ; ut dum  
naturam contristat certa mo-


riendi

<p>ri-endi condi-ti-o, fidem          confoletur futuræ immortali-          ta-tis promif-fi-o. Tu-is e-          nim fidelibus, Domine, vi-          ta mutatur, non tol-litur; &amp;          diffolutâ terreſtris hujus ha-          bitati-onis do-mo, æterna          in cœlis habitati-o compa-          ra-tur. Et i-de-ò, cum An-</p>	<p>gelis &amp; Archangelis, cum          Thronis &amp; Dominati-o-ni-          bus, cumque omni militi-a          cœleſtis e-xercitûs, hymnum          glori-æ tuæ canimus, ſine          ſi-ne dicentes :</p> <p><b>S</b> Anctus, Sanctus, Sanctus,          Dóminus Deus fábaoth.          Pleni ſunt cœli &amp; terra glóriâ          tuâ : hoſanna in excelfis. Be-          nedictus qui venit in nómine          Dómini : hoſanna in excelfis.</p>
---	--




gels & Archangelis, cum	ri-endi condi-tio, nlem
Thronis & Dominis omni-	consoletur futuris immortal-
bus, cunctis omni militi-	ta-tis promit-tio. Tu-is-e-
caelis exercitus, hymnum	rim fidelibus, Domine, vi-
glorie tue canimus, sine	ta murari, non tollitur; &
hinc dicentes: Sanctus	diffoluta tectis hujus ha-
<b>S</b> Sanctus, Sanctus, Sanctus,	bitati-onis do-mo, eterna
Domine Deus Sabaoth.	in caelis habitati-o compos-
Pleni sunt caeli & terra gloria	ta-tur. Et i-de-o, cum An-
tua: holanna in excelsis. Be-	
nedictus qui venit in nomine	
Domini: holanna in excelsis.	









# CANON MISSÆ.

*Sacerdos elevatis, & deindè junctis manibus, inclinet se dicendo submissâ voce :*

**T**E igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus ac petimus uti <sup>osculatur Altare</sup>, accepta habeas <sup>erigit se, & jungit manus,</sup> & benedicas <sup>signat ter super oblata,</sup> hæc ✠ dona, hæc ✠ munera, hæc ✠ sancta sacrificia illibata; <sup>extensis manibus prosequitur</sup>, in primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica; quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarum: unâ cum famulo tuo Papa nostro N. & Antistite nos-

tro N. & Rege nostro N. & omnibus orthodoxis, atque Catholicæ & Apostolicæ fidei cultoribus.

*Commemoratio pro vivis.*

**M**emento, Domine, famulorum, famularumque tuarum, <sup>jungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit, deindè manibus extensis prosequitur:</sup> & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota devotio, pro quibus tibi offerimus; vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ: tibi que red-

dunt vota sua æterno  
Deo, vivo & vero.

*Intra Actionem.*

**C**ommunicantes,  
& memóriam ve-  
nerantes, in primis  
gloriósæ sempérque  
vírginis Mariæ, geni-  
trícis Dei & Dómini  
nostri <sup>caput in-</sup> Jesu Chris-  
<sup>clinat,</sup> ti: sed & beatórum  
Apostolórum, ac Már-  
tyrum tuórum; Petri  
& Pauli, Andréæ, Ja-  
cóbi, Joannis, Tho-  
mæ, Jacóbi, Philip-  
pi, Bartholomæi,  
Matthæi, Simónis &  
Thaddæi; Lini, Cle-  
ti, Clementis, Xyfti,  
Cornélii, Cypriáni,  
Lauréntii, Chryfógo-  
ni, Joannis & Pau-  
li, Cosmæ & Da-  
miáni; & ómnium  
Sanctórum tuórum;  
quorum méritis pre-  
cibúsque concédas,  
ut in ómnibus protec-

tiónis tuæ muniámur  
auxílio, <sup>jungit</sup> per eún-  
<sup>manus,</sup> dem Christum Dómi-  
num nostrum. Amen.

*Tenens manus expansas su-  
per oblata dicit:*

**H**Anc igitur obla-  
tiónem servitú-  
tis nostræ, sed &  
cunctæ familiæ tuæ,  
quæsumus, Dómi-  
ne, ut placátus ac-  
cípias, diésque nos-  
tros in tua pace dis-  
pónas, atque ab æter-  
na damnatióne nos  
éripí, & in electórum  
tuórum júbeas grege  
numerári: <sup>jungit</sup> Per  
<sup>manus,</sup> Christum Dóminum  
nostrum. Amen.

**Q**Uam oblati-  
onem, tu Deus,  
in ómnibus,  
quæsumus, <sup>signat ter super</sup>  
<sup>oblata,</sup> bene-✠ dictam, af-  
crip-✠ tam, ra-✠  
tam, rationábilem,  
acceptabilémque fá-  
cere dignéris: <sup>signat semel su-  
per Hostiam,</sup>

ut

ut nobis Cor-✠pus,

*& semel super Calicem,*

*elevat ac jungit manus,*

fiat dilectissimi

Filii tui Domini nostri

Jesu Christi.

*caput inclinat,*

*Extergens pollices & indices super corporale prosequitur:*

**Q**ui pridie quam

pateretur, *Hostiam accipit,*

accepit panem

in sanctas ac venerabiles manus suas:

*elevat oculos,*

& elevatis oculis

in cœlum, ad te Deum

Patrem suum omnipotentem;

*caput inclinat,*

tibi gratias agens,

*sinistrâ tenens Hostiam, signat dextrâ*

*super eam,* bene-✠dixit, frê-

git, deditque discipulis suis,

dicens: Accipite & manducate

ex hoc omnes;

*Tenens ambabus manibus Hostiam inter indices & pollices, profert verba consecrationis secretò, distinctè, & attentè:*

HOC EST ENIM

CORPUS MEUM.

*Hostiam consecratam genuflexus adorât, surgit, ostendit populo, reponit super Corporale, iterum adorât: ( & non*

*disjungit pollices & indices,*

*nisi quando Hostia tractanda est, usque ad ablutionem digitorum, ) tunc detecto Calice,*

*dicit:*

**S**imili modo, post-

quam cenatum

est, *ambabus manibus accipit calicem,*

accipiens & hunc præclarum

Calicem in sanctas ac venerabiles ma-

nus suas: item *caput inclinat,*

tibi gratias agens,

*sinistrâ tenens Calicem, signat dextrâ super eum,* bene-✠

dixit, deditque discipulis suis,

dicens: Accipite & bibite ex

eo omnes; *profert verba consecrationis secretò*

*super Calicem, tenens illum parum elevatum:*

HIC EST ENIM CALIX

SANGUINIS MEI, NOVI

ET ÆTERNI TESTAMEN-

TI, MYSTERIUM FIDEI;

QUI PRO VOBIS, ET PRO

MULTIS EFFUNDETUR

IN REMISSIONEM PECCATORUM: *reponit Calicem super Corporale, dicens:*

Hæc quotiescum-

que feceritis, in meam

memoriam faciëtis.

*Genuflexus adorât: surgit, ostendit populo, deponit, cooperit, & iterum adorât: dein-*

*dè disjunctis manibus, dicit:*

**U**Nde & mémo-  
res, Dómine,  
nos servi tui, sed &  
plebs tua sancta, ejús-  
dem Christi Fílii tui  
Dómini nostri, tam  
beátæ Passiónis, nec-  
non & ab inferis Re-  
surrectiónis, sed &  
in cœlos gloriósæ Af-  
censiónis: offérimus  
præcláræ majestáti  
tuæ de tuis donis ac  
datis, jungit manus, & signat ter su-  
per Hostiam & Calicem simul:  
Hóstiam ✠ puram,  
Hóstiam ✠ sanctam,  
Hóstiam ✠ immacu-  
látam, signat semel su-  
per Hostiam, Pa-  
nem ✠ sanctum vitæ  
æternæ, & semel su-  
per Calicem, & Cá-  
licem ✠ salutis per-  
pétuæ: extensis manibus prosequi-  
tur:

**S**upra quæ propí-  
tio ac seréno vul-  
tu respícere dignéris,  
& accepta habére,  
sicuti accepta habére  
dignátus es múnera  
púeri tui justí Abel, &

sacrificíum Patriar-  
chæ nostri Abráhæ,  
& quod tibi obtulit  
summus sacerdos tuus  
Melchisedech, sanc-  
tum sacrificíum, im-  
maculátam Hóstiam.

*Profundè inclinatus, junctis  
manibus, & super Altare posi-  
tis, dicit:*

**S**upplices te rogá-  
mus, omnipotens  
Deus; jube hæc per-  
ferri per manus sanc-  
ti Angeli tui in su-  
blíme Altáre tuum,  
in conspectu divínæ  
majestátis tuæ; ut  
quótquot ex hac al-  
táris osculatur  
Altare, participa-  
tione erigit se, & jun-  
git manus: sacro-  
sanctum Fílii tui signat  
semel  
super Hof-  
tiam, Cor- ✠ pus & semel  
super  
Cali-  
cem, & Sán- ✠ guinem  
sumpsérimus, seipsum sig-  
nat,  
omni benedictióne ✠  
cœlesti, & grátia re-  
pleámur: jungit  
manus, Per eún-  
dem Christum Dómi-  
num nostrum. Amen.

*Commemoratio pro Defunctis.*  
*Extendit manus.*

**M**Emento étiam,  
Dómine, famu-  
lórum, famularúm-  
que tuárum, qui nos  
præcessérunt cum sig-  
no fidei, & dórmunt  
in somno pacis : jungit  
manus,  
orat aliquantulum pro quibus orare inten-  
dit : deindè extensis manibus prosequitur :  
ipsis, Dómine, & óm-  
nibus in Christo quief-  
céntibus, locum re-  
frigérii, lucis & pa-  
cis, ut indúlgeas de-  
precámur : jungit manus, &  
caput inclinat,  
Per eúndem Christum  
Dóminum nostrum.

Amen.

*Manu sinistrá super Altare  
positá, dexterá percutit pec-  
tus, elatiori voce, dicens :*

**N**obis quoque pec-  
catoribus, extensis  
manibus  
prosequitur sum-  
missá voce ; famulis tuis,  
de multitudíne mise-  
rationum tuárum spe-  
rántibus, partem ali-  
quam & societátem  
donáre dignéris cum  
tuis sanctis Apóstolis

& Martyribus ; cum  
Joanne, Stéphano,  
Matthía, Bárnaba,  
Ignátio, Alexandro,  
Marcellíno, Petro,  
Felicítate, Perpétua,  
Agatha, Lúcia, Ag-  
néte, Cæcília, Anaf-  
tásia, & ómnibus  
Sanctis tuis ; intra  
quórum nos consór-  
tium, non æstimá-  
tor mériti, sed vé-  
niæ, quæsumus, lar-  
gitor admitte : jungit  
manus,  
Per Christum Dómi-  
num nostrum ;

**P**ER quem hæc óm-  
nia, Dómine,  
semper bona creas,

signat ter super Hostiam  
& Calicem simul, sancti- ✠  
ficas, vivi- ✠  
bené- ✠  
præstas nobis, discooperit  
Calicem,

genustecit, surgit, accipit Hostiam inter  
pollicem & indicem manus dexteræ, tenens  
sinistrá, Calicem, signat cum Hostia ter à  
labro ad labrum Calicis, dicens :

Per ip- ✠  
cum ip- ✠  
ip- ✠  
sum, &  
so, & in  
so, bis signat inter Cali-  
cem & pectus,

est tibi Deo Patri ✠  
omnipotenti, in uni-  
tate Spiritûs ✠ sancti,  
*elevans Calicem cum Hostia, dicit,* omnis ho-  
nor & glória, *reponit Hostiam, coopert Calicem, genuflectit, surgit & dicit:*

**P**er omni-a secula seculo-  
rum. R. Amen.

*Jungit manus.*

Ore-mus præcepti salu-  
taribus moniti, & divinâ  
instituti-one formati, aude-  
mus dicere:

*Extendit manus.*

Pater noster, qui es in  
cœlis; sancti-ficetur no-men  
tu-um: adveni-at regnum tu-  
um, fi-at voluntas tu-a, sicut  
in cœlo & in terra: panem  
nostrum quotidi-anum da no-  
bis hodi-è: & dimitte nobis  
debita nostra, sicut & nos  
dimittimus debitoribus nos-  
tris: & ne nos inducas in

tentati-onem.

*R. Sed libera nos à malo.*

Sacerdos *submissâ voce* di-  
cit, Amen.

Deindè *sinistrâ super Cor-  
porale positâ patenam purifi-  
catorio extersam accipit inter  
indicem & medium digitum  
manûs dexteræ, quam tenens  
super Altare erectam dicit sum-  
missâ voce:*


**L**ibera nos, quæ-  
sumus, Dómine,  
ab ómnibus malis,  
præteritis, præsentibus,  
& futúris, & in-  
tercedente beátâ &  
gloriósâ sempérque  
vírgine Dei genitríce  
Mariâ, cum beátis  
Apóstolis tuis *sinistrâ peçtori  
admotâ signat  
se cum patena à fronte  
ad peçtus, dicens:* Petro &  
Paulo, atque Andréa,  
& ómnibus Sanctis,  
& *eam osculatur,  
dicens,* da propítius  
pacem in diebus nos-  
tris: *submitens Patenam Hos-  
tiæ prosequitur,* ut  
ope misericórdiæ tuæ  
adjúti, & à peccáto  
simus semper líberi,  
& ab omni perturba-

tióné

tióne secúri, <sup>discooperit Calicem, genu-  
flectit, surgit, accipit Hostiam, frangit eam  
super Calicem per medium dicens:</sup> Per eúndem

Dóminum nostrum  
Jesum Christum Fí-  
lium tuum; <sup>partem quæ in  
dextera est, po-  
nit super Patenam: deindè ex parte quæ in  
sinistra remansit, frangit particulam, dicens:</sup>


qui tecum vivit & reg-  
nat in unitate Spíritus  
sancti Deus, <sup>aliam mediam  
partem cum ip-  
sa sinistra ponit super Patenam; & dexterá  
tenens particulam super Calicem, & sinis-  
trá Calicem, dicit:</sup>

  
Per omni-a secula seculorum.

  
R. Amen.

Cum ipsa particula Sacer-  
dos signat ter super Calicem,  
dicens:

  
Pax ✠ Domini sit ✠ semper

  
vobis- ✠ cum.

  
R. Et cum spiri-tu tuo.

Particulam mittit in Cali-  
cem, dicens secretò:

**H**Æc commixtio  
& consecratio  
còrporis & sánguinis  
Dómini nostri Jesu  
Christi, fiat accipién-  
tibus nobis in vitam  
æternam. Amen.

Cooperit Calicem, genu-

flectit, surgit; & inclinatus  
SS. Sacramento, jungit ma-  
nus, & sinistrá super Corpo-  
rale positá, pectus percutit di-  
cens:

Agnus Dei, qui tol-  
lis peccáta mundi,  
dona eis réquiem.

Agnus Dei, qui tol-  
lis peccáta mundi,  
dona eis réquiem.

Agnus Dei, qui tol-  
lis peccáta mundi,  
dona eis réquiem fem-  
pitemnam.

Deindè junctis manibus su-  
per Altare, inclinatus dicit se-  
cretò duas sequentes Orationes,  
nec pax datur.

**D**ómine Jesu Chris-  
te, Fili Dei vivi,  
qui ex voluntate Pa-  
tris, cooperante Spí-  
ritu sancto, per mor-  
tem tuam mundum  
vivificasti; libera me  
per hoc sacrosanctum  
corpus & sánguinem  
tuum, ab ómnibus  
iniquitatibus meis, &  
universis malis; &  
fac me tuis semper in-



hærére mandátis , & men Dómini invocá-  
à te nunquàm separá-  
ri permittas: Qui cum  
eódem Deo Patre &  
Spíritu sancto vivis &  
regnas Deus , in sé-  
cula seculórum.

Amen.

**P**ercéptio córpo-  
ris tui , Dómine  
Jesu Christe , quod  
ego indignus sũmere  
præsumo , non mihi  
provéniat in iudícium  
& condemnatióem;  
sed pro tua pietáte  
profit mihi ad tuta-  
mentum mentis , &  
córpore; & ad me-  
delam percipiendam:  
Qui vivis & regnas  
cum Deo Patre in uni-  
táte Spíritus sancti ,  
Deus , per ómnia sé-  
cula seculórum.

Amen.

*Genuflectit , surgit , & dicit  
secretò.*

**P**anem cœlestem  
accípíam , & no-

men Dómini invocá-  
bo.

*Deindè accipit ambas partes  
Hostiæ inter pollicem & indi-  
cem sinistræ manús : & Pate-  
nam inter eundem indicem &  
medium supponit ; atque pa-  
rùm inclinatus dexterá percu-  
tiens pectus tribus vicibus ;  
elata aliquantulum voce , di-  
cit ter :*

**D**omine , non sum  
dignus <sup>secretò</sup> <sub>prosequitur</sub> , ut  
intres sub tectum  
meum ; sed tantum  
dic verbo , & sanábi-  
tur ánima mea.

*Posteà , dexterá se signans  
cum Hostia super Patenam ,  
dicit :*

**C**orpus Dómini ✠  
nostri Jesu Chris-  
ti custódiat ániam  
meam in vitam æter-  
nam. Amen.

*Sumit reverenter ambas par-  
tes Hostiæ , jungit manus , &  
aliquantò post discooperit Ca-  
licem ; dicens :*

**Q**uid retríbuiam  
Dómino , pro  
ómnibus quæ retrí-  
buit mihi ?

*Genuflectit , Patená colli-  
git fragmenta si quæ sint , &*

excudit in Calicem, dicens interim :

Cálicem salutáris accípiam, & nomen Dómini invocábo. Laudans invocábo Dóminum, & ab inimícis meis salvus ero.

*Signans se signo Crucis cum Calice dicit :*

**S**anguis Dómini ✠ nostri Jesu Christi custódiat ánimam meam in vitam æternam. Amen.

*Sumit totum Sanguinem cum particula, ( & si qui sint communicandi, eos communicet ) deindè super Altare porrigit Calicem ministro, qui infundit in eum parùm vini quo se purificat, dicens :*

**Q**uod ore sumpsimus, Dómine, purâ mente capiámus : & de múnere temporáli fiat nobis remédium sempiternum.

*Deindè vino & aquâ abluit pollices & indices super Calicem, quos abstergit purificatorio, dicens :*

**C**orpus tuum, Dómine, quod sumpsi, & Sanguis quem potávi, adhæreat viscéribus meis; & præfata, ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura & sancta refecerunt sacramenta : Qui vivis & regnas in sécula seculórum. Amen.

*Sumit ablutionem, extergit os, & Calicem quem operit; & plicato Corporali, in Altari collocat.*

*Deindè ad cornu Epistolæ dicit Communionem. Tum osculatur Altare in medio, & conversus ad populum dicit :*  
**Dóminus vobíscum.**  
**R. Et cum spíritu tuo.**

*Revertitur ad cornu Epistolæ ubi dicit Postcommunionem, quâ dictâ rursùs osculatur Altare in medio, & dicto,*

**Dóminus vobíscum;**  
*dicit versus ad Altare,* **Requiescant in pace. R. Amen.**

*[ In Missa majori Diaconus versus ad Altare cantat junctis manibus :*



**Requiescant in pace.**

*R.* Amen.

*Sacerdos inclinatus ante medium Altaris, manibus junctis, dicit:*

**P**Láceat tibi, sancta Trínitas, obféquium servitútis meæ; & præsta, ut sacrificium, quod óculis tuæ majestátis indignus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihi que & ómnibus pro quibus illud óbtuli, sit, te miserante, propitiábile: Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Non datur Benedictio, sed dicto, Pláceat tibi, &c. Sacerdos osculatur Altare, & legit Evangelium secundum Joannem.*

Inítium sancti ✠ Evangelíi secundum Joannem. *R.* Glória tibi, Dómine.

**I**N princípío erat Verbum: & Verbum erat apud Deum:

& Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est. In ipso vita erat; & vita erat lux hóminum: & lux in ténebris lucet, & ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhiberet de lúmine; ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimónium perhiberet de lúmine. Erat lux vera quæ illúminat omnem hóminem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est: & mundus eum non cognóvit. In própria venit: & sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem filios Dei fieri; his qui credunt in nómine ejus: Qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri; sed ex Deo nati sunt. *Genuflectit.* ET VERBUM CARO FACTUM EST; *Surgit & profequitur,* & habitávit in nobis, (& vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti à Patre,) plenum grátiae & veritátis.

*R.* Deo grátias.



M I S S A E  
P R O D E F U N C T I S.

IN DIE OBITUS,  
ET IN DEPOSITIONE  
PONTIFICIS aut PRESBYTERI.

*Introitus.*

Pfal.  
83.

Ibid.

**R**Éspice Deus, in faciē  
Christi tui; quia mēlior  
est dies una in atriis tuis  
super millia: quia misericōrdiam & veritatē dīligit Deus,  
grātiam & glōriam dabit Dōminus. *Psal.* Quām dilecta tabernacula tua, Dōmine virtutum! \* concupiscit & dēficit anima mea in atria Dōmini. Requiem aeternam dona eis, Dōmine; \* & lux perpētua luceat eis. Réspice.

*Oratio.*

*Pro Papa vel Arch. vel Episc.*

Miff.  
Rem.

**D**Eus, qui fāmulum tuum *N.*  
<sup>Papam</sup>  
<sub>Antistitem</sub> nostrum ad apicem  
sacerdotiī euectum, de corpore  
mortis hujus edūcere voluisti,  
sūscipe propitius preces nostras;  
& præsta, ut anima ejus  
tremendi oneris pōdere liberata,  
ad thronum glōriæ tuæ  
recipi, & tecum in eo sedere  
mereatur: Per Dōminum.

*Pro alio Pontifice.*

M. T.

**D**Eus, qui inter apostolicos  
sacerdotes fāmulum tuum  
*N.* pontificāli dignitatē fecisti  
vigere: præsta, quæsumus ut  
eorum quoque perpētuo aggregetur  
consortio: Per.

*Pro Sacerdote.*

Miff.  
Rem.

**D**Eus, qui inter ministros  
& dispensatōres mysteriorum tuorum fāmulum tuum  
*N.* ad sacrificandum tibi hōstiam  
laudis elegisti; te sūplices  
exoramus, ut eum à carnis  
vinculis absolutum, cum iis  
qui benè ministraverint, partem  
recipere, & in gaudium  
tuum scias introire: Per Dōminum.

Lectio Epistolæ beati Pauli  
Apostoli ad Corinthios.

2.  
Cor.  
5.

**F**Ratres; Scimus quoniam  
si terrestris domus nostra  
hujus habitatiōnis dissolvatur,  
quod ædificatiōnem ex Deo habemus,  
domum non manufactam,  
ætēnam in cœlis. Nam & in hoc  
ingemiscimus, habitatiōnem  
nostram, quæ de cœlo est,  
superindui cupientes: si tamen  
vestiti, non nudi inveniamur.  
Nam & qui sumus in hoc  
tabernaculo, ingemiscimus  
gravati, eò quod nolumus  
expoliari, sed supervestiri; ut  
absorbeatur, quod mortale est,  
à vita. Qui autem efficit nos in  
hoc ipsum, Deus; qui dedit  
nobis pignus Spiritus. Audentes  
igitur semper, scientes quoniam  
dum sumus in corpore,  
peregrinamur à Dōmino: (per  
fidem enim ambulamus, & non  
per spēciam: ) audemus au-

tem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse ad Dóminum. Et ideo contendimus, siue absentes, siue præsentem, placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Scientes ergo timorem Dómini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus.

*Psal. 39.* *Graduale.* Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam: tu autem, Dómine, ne longè facias miseraciones tuas à me. *Psal. 85.* *V.* Miserere me, Dómine, quoniam ad te clamavi tota die: lætifica animam servi tui, quoniam tu, Dómine, suavis & mitis, & multæ misericordiæ.

*Psal. 42.* *Traçtus.* Emitte lucem tuam, Deus, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua: Quare tristis es, anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

*Ad devotionem dicitur Prosa.*

**D**IES iræ, dies illa  
Crucis expandens vexilla,  
Solvit seclum in favilla.

Quantus tremor est futurus,  
Quando Judex est venturus,  
Cuncta strictè discussurus!

**T**UBA mirum spargens sonum  
Per sepulcra regionum,  
Coget omnes ante thronum.

Mors stupébit & natura,  
Cum resurget creatura,  
Judicanti responsura.

**LIBER** scriptus proferetur,  
In quo totum continetur,  
Unde mundus judicetur.

Judex ergò cum sedébit,  
Quidquid latet apparebit,  
Nil inultum remanébit.

**Q**UID sum miser tunc dicturus?  
Quem patrónum rogaturus,  
Cum vix justus sit securus?

Rex tremendæ majestatis,  
Qui salvandos salvas gratis,  
Salva me, fons pietatis.

**R**ECONDARE, Jesu pie,  
Quòd sum causa tuæ viæ;  
Ne me perdas illà die.

Quærens me; sedisti lassus;  
Redemisti, crucem passus:  
Tantus labor non fit cassus.

**J**USTE judex ultionis,  
Donum fac remissionis  
Ante diem rationis.

Ingemisco, tanquam reus;  
Culpâ rubet vultus meus:  
Supplici parce Deus.

**P**ECCATRICEM absolvesti,  
Et latronem exaudivisti;  
Mihi quoque spem dedisti.

Preces meæ non sunt dignæ:  
Sed tu bonus fac benignè  
Ne perenni cremer igne.

**I**NTER oves locum præsta,  
Et ab hædis me sequestra,  
Statuens in parte dextra.

Confutatis maledictis,  
Flammis acerbis addictis,  
Voca me cum benedictis.

**O**RO supplex & acclinis,  
Cor contritum quasi cinis;  
Gere curam mei finis.

Lacrymósa dies illa,  
Quæ resurget ex favilla

Judicandus homo reus :

Huic ergò parce , Deus.

PIE Jesu Dómine ,

Dona eis réquiem. Amen.

Sequéntia sancti Evangélii  
secundùm Joánnem.

Cap.  
4.

**I**N illo témpore ; Dicit discípulis Jesus : Meus cibus est , ut fáciam voluntátem ejus , qui misit me , ut perfíciam opus ejus. Nonne vos dicitis , quòd adhuc quátuor menses sunt , & messis venit ? Ecce dico vobis : Leváte óculos vestros , & vidéte regiónes , quia albæ sunt jam ad messem. Et qui metit , mercédem áccipit , & cóngregat fructum in vitam æternam : ut , & qui féminat , simul gáudeat , & qui metit. In hoc enim est verbum verum : quia álius est qui féminat , & álius est qui metit. Ego misi vos métere quod vos non laborastis : álii laboravérunt , & vos in labóres eórum introistis.

Psal.  
26.

*Offertorium.* Unam pétii à Dómino , hanc requíram , ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ ; ut vídeam voluptátem Dómini , & vísitem templum ejus. Credo vidére bona Dómini in terra vivéntium.

*Secreta.*

*Pro Papa , vel Arch. vel Episc.*

Miss.  
Rom.

**S**uscipe , quæsumus Dómine , pro ánima fámuli tui N. <sup>Papæ</sup> Antístites nostri , quas offérimus hóstias ; Pontíficis ut qui gravi múnere functus est in terris , uberióri misericórdiæ tuæ beneficio sublevétur in cœlis : Per Dóminum.

*Pro alio Pontifice.*

**I**mmensam cleméntiam tuam , M. P. Dómine , suppliciter implorámus , ut hoc sacrificium , quod fámulus tuus , N. Pontífex , dùm esset in corpore , majestáti tuæ pro salúte fidélium obtulit , ipsi nunc prófit ad véniam. Per Dóminum.

*Pro Sacerdote.*

**M**emor esto , quæsumus , Miss.  
Rom. Dómine , sacrificii quod offérimus pro fámulo tuo N. Sacerdóte precantes ; ut Christus mediátor ei subvéniat , quem médium inter te & pópulum tuum fieri voluisti : Per eundem.

*Prefatio.*

*Communio.* Qui suscitávi Jesum Christum à mórtuis , vivificábit & mortália corpóra vestra propter inhabitantem Spíritum ejus in vobis. Rom.  
8.

*Postcommunio.*

*Pro Papa , vel Arch. vel Episc.*

**I**dem nutriti mystériis , quibus defunctus <sup>Papæ</sup> Antístites noster N. tibi , Dómine , litávit ; cleméntiam tuam exorámus ; ut hujus virtúte sacrificii pervéniat ille ad interióra veláminis , ubi per eandem hóstiam introívit futurórum bonórum Pontífex Jesus Christus Fílius tuus Dóminus noster ; Qui tecum vivit. Miss.  
Rom.

*Pro alio Pontifice.*

**Q**uæsumus , omnipotens & misericors Deus , ut M. P. fámulum tuum N. quem in terris pro Christo legatióne fungi tribuisti , his emundátum sacrificiis , confédere fácias in cœ-

léstibus cum eódem Christo Jesu Dómino nostro : Qui tecum.

*Pro Sacerdote.*

Miss.  
Rem.

**S**umptis salútaribus sacramentis , implorámus cleméntiam tuam , omnípotens Deus ; ut fámulum tuum *N.* Sacerdótem , quem fecisti mysteriórum tuórum dispensatórem in terris , eórum fácias in cœlis apertâ veritatē nutriri : Per Dóminum.

*Loco Ite , missa est , dicitur Requiescant in pace. R. Amen.*

*IN DIE TERTIO , SEPTIMO ET TRIGESIMO post mortem Pontificis aut Presbyteri , dicitur Missa , ut suprâ , in die Obitus , p. 17. præter orationes sequentes.*

*Oratio.*

Miss.  
Rem.

**Q**uæsumus , Dómine , ut ânimæ fámuli tui *N.* Pontificis [ nostri ] [ *vel* Sacerdotis , ] cujus depositionis diem tertium [ *vel* sétimum ] [ *vel* trigésimum ] commemorámus , Sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium : Per.

*Secreta.*

Miss.  
Rem.

**H**ostia salutáris , quam tibi , Dómine , dùm vivéret tota mentis devotióne fámulus tuus *N.* Póntifex [ nofter ] [ *vel* Sacerdos ] obtulit , sit ei ómnium propitiátio delictórum : Per.

*Postcommunio.*

Miss.  
Rem.

**P**er ineffábile , quos nos pascis , sacramentum , te , Dómine , súpplices exorámus ; ut fámulum tuum *N.* Pontífi-

cem [ nostrum ] [ *vel* Sacerdótem , ] quem mensæ tuæ dispensatórem constituisti in via , mensæ cœlestis partícipem redas in pátria : Per.

*Eadem Missa dicitur pro defuncto Pontifice aut Sacerdote etiam in Anniversario primo , præter Orationes , quæ dicuntur ut infrâ , in Missa pro Anniversariis , addito post Defuncti nomen vocabulo Sacerdotis vel Pontificis. In secundis autem Anniversariis ac deinceps , Epistola & Evangelium , ut infrâ , pro variis hebdomadæ diebus : quod & observatur in Missis quotidianis. Pro pluribus Pontificibus aut Sacerdotibus Orationes dicuntur in plurali.*

**IN DIE OBITUS  
ET IN DEPOSITIONE  
NON SACERDOTIS.**

*Introitus.*

**R**équiem dabo tibi , dicit Dóminus ; invenisti enim grátiam coram me , & téipsum novi ex nómine : ego ostendam omne bonum tibi. *Psal.* In te , Dómine , sperávi : non confundar in æternum : \* in justítia tua libera me , & éripe me. Réquiem æternam dona eis , Dómine ; \* & lux perpétua lúceat eis. Réquiem dabo.

Exod  
33.

Psal.  
70.

*Oratio pro Defuncto.*

( *Si sit Diaconus vel Subdiaconus , post litteram N. additur Diáconi vel Subdiáconi : quod in Secreta & Postcommunionem servatur.* )

**I**nclína , Dómine , aurem tuam ad preces nostras , quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur ; ut ânimam fámuli tui *N.* quam de hoc século migráre jussisti , in pacis

S. R.

ac lucis regione constituas; & sanctorum tuorum jubeas esse consortem: Per.

*Oratio pro Defuncta.*

**Q**UÆSUMUS, Domine, pro tua pietate, miserere animæ famulæ tuæ N. & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ saluationis partem restitue: Per.

*Oratio.*

*Pro pluribus Defunctis diversi aut ejusdem Sexus.*

**D**EUS, in cujus oculis non est innocens etiam laudabilis hominum vita, si remota misericordia discutias eam; ne exquiras peccata animarum quas tibi commendamus: sed quam fiducialiter speramus ac petimus, fac eas aliquam apud te indulgentiam invenire: Per Dominum nostrum.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses.

**N**OLUMUS vos ignorare, fratres, de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent. Si enim credimus quod Jesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini; quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei, descendet de cælo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui vivimus, qui relin-

quimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

*Graduale.* Expecto, Domine, donec veniat immutatio mea: vocabis me, & ego respondebo tibi; operi manuum tuarum porriges dexteram. *Ps.* Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis.

*Tractus.* Non intres in iudicium cum servo tuo, Domine, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Expandi manus meas ad te; anima mea sicut terra sine aqua tibi. Audiam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speravi. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in æquitate tua.

*Dici poterit, ad devotionem, Prosa Dies iræ, supra, pag. 18.*

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

**I**N illo tempore; Dixit Martha ad Jesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus: sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione, in novissimo die. Dicit ei Jesus: ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: & omnis



qui vivit, & credit in me, non moriétur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Utiquè, Dómine, ego crédidi, quia tu es Christus Fílius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.

Joan.  
5.

*Offertorium.* Qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudícium non venit, sed tránsit à morte in vitam. Venit hora quandò mórtui audient vocem Fílii Dei, & qui audierint, vivent.

*Secreta pro Defuncto.*

S. R.

**A** Nnue nobis, quæsumus, Dómine, ut animæ fámuli tui N. hæc profit oblátio; quam immolando, totius mundi tribuisti relaxári delicta: Per eundem.

*Pro Defuncta.*

M. T.

**H** Is sacrificiis, Dómine, sine quibus à culpa nemo liber éxstitit, ánima fámulæ tuæ N. à peccátis ómnibus exuátur; & per hæc piæ placatiónis offícia, perpétuam misericórdiam consequátur: Per Dóminum nostrum.

*Pro pluribus Defunctis.*

S. R.

**H** Anc oblatiónem, quam tibi pro réquie & animabus famulórum tuórum, (vel famulárum tuárum) offérimus, quæsumus, Dómine, propítius intuére; & concéde, ut mórtuis profit ad véniam, quod cunctis vivéntibus præparáre dignátus es ad medélam: Per.

*Præfatio de Defunctis.*

Apoc.  
14.

*Commúnio.* Beáti mórtui qui in Dómino moriuntur: ámodo, ut requiescant à labóri-

bus suis; ópera enim illórum sequuntur illos.

*Postcommunio pro Defuncto.*

**P** Rosit, quæsumus, Dómine, animæ fámuli tui N. misericórdiæ tuæ imploráta eleméntia; ut ejus in quo sperávit & crédidit, æternum cápiat, te miserante, consórtium: Per Dóminum.

S. R.

*Pro Defuncta.*

**I** Nvéniat, quæsumus, Dómine, ánima fámulæ tuæ N. lucis æternæ consórtium, quæ in hac luce pósitá, misericórdiæ tuæ consecúta est sacramentum: Per.

S. R.

*Pro pluribus Defunctis.*

**A** Nimabus famulórum tuórum, (vel famulárum tuárum) Dómine, pro quibus hoc tibi obtúlimus sacrificium, placátus adesto; ut si quæ eis máculæ de terrénis contágiis adhæserunt, miseratiónis tuæ vénia deleantur: Per.

S. R.

*IN DIE TERTIO, SEPTIMO, ET TRIGESIMO post mortem non Sacerdotis; dicitur Missa, ut supra, in die Obitus, præter Orationes sequentes.*

*Oratio.*

**Q** Uæsumus, Dómine, ut animæ fámuli tu<sup>i</sup> N. cujus depositiódinis diem tértium (vel séptimum) (vel trigésimum) commemorámus, Sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium: Per Dóminum.

M. P.

*Secreta.*

**M** Unera, quæsumus, Dómine, quæ tibi pro ani-

M. P.

ma famul<sup>i</sup> tu<sup>i</sup> N. offerimus ; placatus intende ; ut remediis purgata cœlestibus, in tua pietate requiescat : Per.

*Postcommunio.*

s. r. **O** Mnípotens sempiterne Deus, famul<sup>u</sup>m tu<sup>u</sup>m N. cujus diem deponitionis tertium, (vel septimum) (vel trigésimum) celebramus, in sinu Abrahæ, Isaac & Jacob collocare dignare; ut cum dies agnitionis tuæ venerit, inter sanctos & electos tuos e<sup>u</sup>m resuscitari præcipias : Per.

IN ANNIVERSARIIS.

*Introitus.*

Ifai. 58. **R**equiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam; & ossa tua liberabit. P<sup>sal.</sup> Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, \* ita desiderat anima mea ad te, Deus. Requiem æternam dona eis, Domine; \* & lux perpétua luceat eis. Requiem tibi dabit.

*Oratio.*

*Si defunctus sit Pontifex, Sacerdos vel Diaconus aut Subdiaconus, post nomen additur vox Pontificis vel Sacerdotis, vel Diaconi, vel Subdiaconi, & sic in Secreta & Postcommunione.*

m. t. **D**eus indulgentiarum, Domine, da animæ famul<sup>i</sup> tu<sup>i</sup> N. cujus anniversarium deponitionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, & lumen claritatem : Per.

*In primo Anniversario, dicitur tantum Oratio præcedens: in aliis, adduntur duæ sequentes.*

*Pro Benefactoribus.*

m. t. **D**eus vniæ largitor, & humanæ salutis amator; quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitudinis consortium pervenire concedas.

*Pro omnibus Defunctis.*

s. r. **F**idelium, Deus, omnium conditor & redemptor; animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur : Qui vivis.

*Epistola legitur una ex iis quæ infra positæ sunt pro singulis hebdomadæ diebus.*

P<sup>sal.</sup> 38. *Graduale.* Quæ est expectatio mea? nonne Dominus? Et substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. *Ps.* Amove à me plagas tuas: à fortitudine manus tuæ ego defeci.

Jon. 2. *Tractus.* Clamavi de tribulatione mea ad Dominum; de ventre inferi clamavi. Projecisti me in profundum: omnes gurgites tui & fluctus tui super me transierunt. Veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum, & sublevabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. Veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.

*Prosa, si dicitur, Dies iræ, supra, pag. 18.*

*Evangelium legitur unum ex iis quæ infra posita sunt pro singulis hebdomadæ diebus.*

Joan.  
6.

**O**ffertorium. Hæc est voluntas Patris mei qui misit me, ut omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: & ego resuscitabo eum in novissimo die. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam.

*Secreta.*

S. R.

**P**ropitiare, Dómine, supplicatióibus nostris, pro ánima famul<sup>i</sup><sub>a</sub> tu<sup>i</sup><sub>a</sub> N. in cujus ánnua die tibi offerimus sacrificium laudis, ut eam Sanctórum tuórum consórtio sociare digneris: Per.

*Pro Benefactoribus.*

M. T.

**D**eus, cujus misericórdiæ non est número, súcipe propítius preces humilitatis nostræ; & animabus fratrum, propinquórum, & benefactorum nostrórum, quibus tui nóminis dedisti confessiõnem, per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctórum remissionem tríbe peccatórum.

*Pro omnibus Defunctis.*

S. R.

**H**ostias, quæsumus, Dómine, quas tibi pro animabus famulórum, famularumque tuárum offerimus, propitiatus intende; ut quibus fidei Christiánæ méritum contulisti, dones & præmium: Per.

*Præfatio de Defunctis.*

Job.  
19.

**C**ommunio. Scio quòd redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum; & in carne mea vi-

debo Deum meum: repóstita est hæc spes mea in sinu meo.

*Postcommunio.*

**P**ræsta, quæsumus, Dómine, ut ánima famul<sup>i</sup><sub>a</sub> tu<sup>i</sup><sub>a</sub> N. cujus anniversárium depositiõnis diem commemorámus, his purgáta sacrificiis, indulgéntiam páriter & requiem cápiat sempiternam: Per.

*Pro Benefactoribus.*

**P**ræsta, quæsumus, omnipotens & misericors Deus, ut animæ fratrum, propinquórum, & benefactorum nostrórum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtúlimus majestáti, ejusdem virtúte sacrificii, à peccátis ómnibus expiátæ, lucis perpétuæ, te miserante, recípiant beatitudinem.

*Pro omnibus Defunctis.*

**A**nimabus, quæsumus, Dómine, famulórum famularumque tuárum, oratio proficiat supplicántium: ut eas, & à peccátis ómnibus éxuas, & tuæ redemptiõnis fácias esse partícipes; Qui vivis.

*In eadem Missa pro pluribus dicitur.*

*Oratio.*

**D**eus, indulgentiarum Dómine, da animabus famul<sup>o</sup><sub>a</sub>rum tu<sup>o</sup><sub>a</sub>rum qu<sup>o</sup><sub>a</sub>rum anniversárium depositiõnis diem commemorámus, refrigerii sedem, quiétis beatitudinem, & lúminis claritatem: Per.

*Secreta.*

**P**ropitiare, Dómine, supplicatióibus nostris, pro

animabus

animabus famulorum tuorum, quorum annua die tibi offerimus sacrificium laudis; ut eas Sanctorum tuorum consortio sociare digneris: Per.

*Postcommunio.*

**P** Ræsta, quæsumus, Domine, ut animæ famulorum tuorum, quorum anniversarium depositionis diem commemoramus, his purgatae sacrificiis, indulgentiam pariter & requiem capiant sempiternam: Per Dominum.

### FERIA SECUNDA.

Lectio libri Machabæorum.

**I** N diebus illis; Fortissimus Judas, facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam, offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene & religiose de resurrectione cogitans; (nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis) & quia considerabat quod hi qui cum pietate dormitionem acciperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis solvantur.

Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem.

**I** N illo tempore; Dixit Jesus Judæis: Pater diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & majora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini. Sicut enim Pater suscitavit mortuos, & vivificat: sic & Filius, quos vult,

vivificat. Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transit à morte in vitam.

### FERIA TERTIA.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.

**F** Ratres; Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus. Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscujusque opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur; & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit. Si cujus opus manserit quod superædificavit, mercedem accipiet. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ignem.

Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.

**I** N illo tempore; Dixit Jesus Sadducæis: Nonne ideo erratis, non scientes Scripturas, neque virtutem Dei? Cum enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli in

cœlis. De mórtuis autem quòd resurgant ; non legistis in libro Mòysi , super rubum quòmodò dixerit illi Deus , inquiens , Ego sum Deus Abraham , & Deus Isaac , & Deus Jacob ? Non est Deus mortuòrum , sed vivòrum. Vos ergò multùm errátis.

#### FERIA QUARTA.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

**F**ratres ; Sicut in Adam omnes moriuntur , ita & in Christo omnes vivificabuntur. Unusquisque autem in suo órdine : primítie Christus ; deindè ii qui sunt Christi , qui in adventu eius credidérunt. Deindè finis : cùm tradiderit regnum Deo & Patri ; cùm evacuáverit omnem principátum , & potestátem , & virtútem. Oportet autem illum regnàre , donec ponat omnes inimicos sub pédibus eius. Novíssima autem inimica destruetur mors.

Sequéntia sancti Evangélii secundùm Matthæum.

**I**n illo témpore ; Dixit Jesus discipulis suis : Sicut fulgur exit ab Oriente , & paret usque in Occidentem ; ita erit & adventus Fílii hóminis. Ubi cumque fúerit corpus , illic congregabuntur & áquilæ. Statim autem post tribulatiónem diérum illórum , sol obscurábitur , & luna non dabit lumen suum , & stellæ cadent de cœlo , & virtútes cœlórum commovebuntur : & tunc parébit signum Fílii hóminis in

cœlo. Et tunc plangent omnes tribus terræ ; & vidébunt Fílium hóminis venientem in núbibus cœli cum virtúte multa , & majestáte. Et mittet Angelos suos cum tuba , & voce magna ; & congregábunt electos ejus à quátuor ventis , à summis cœlórum usque ad términos eórum.

#### FERIA QUINTA.

Léctio libri Apocalypsis beáti Joannis Apóstoli.

**I**n diébus illis ; Vidi mórtuos magnos & pusillos , stantes in conspectu throni ; & libri aperti sunt : & álius liber apertus est , qui est vitæ. Et judicati sunt mórtui ex his , quæ scripta erant in libris , secundùm ópera ipsórum. Et dedit mare mórtuos qui in eo erant ; & mors & infernus dedérunt mórtuos suos , qui in ipsis erant : & judicátum est de singulis secundùm ópera ipsórum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus , missus est in stagnum ignis.

Sequéntia sancti Evangélii secundùm Joannem.

**I**n illo témpore ; Dixit Jesus turbis : Hæc est voluntas Patris mei , qui misit me ; ut omnis qui videt Fílium , & credit in eum , hábeat vitam æternam ; & ego resuscitábo eum in novíssimo die. Murmurábant ergò Judæi de illo , quia dixisset , Ego sum panis

1.  
Cor.  
15.

Cap.  
20.

Cap.  
24.

Cap.  
6.

vivus, qui de cælo descendi; & dicébant: Nonnè hic est Jesus fílius Joseph, cujus nos nóvimus patrem & matrem? Quómodo ergò dicit hic, quia de cælo descendi? Respondit ergò Jesus, & dixit eis: Nolíte murmuráre in ínvicem: nemo potest veníre ad me, nisi Pater, qui misit me, tráxerit eum; & ego refuscitábo eum in novíssimo die.

### F E R I A S E X T A.

Léctio Ezechiélis Prophætæ.

**I**N diebus illis; Facta est super me manus Dómini, & edúxit me in spírítu Dómini; & dimísit me in médio campi, qui erat plenus óssibus. Et circumdúxit me per ea in gyro. Erant autem multa valdè super fáciem campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me: Fili hóminis, putásne vivent ossa ista? Et dixi: Dómine Deus, tu nosti. Et dixit ad me: Vaticináre de óssibus istis: & dices eis; Ossa árida, audíte verbum Dómini; hæc dicit Dóminus Deus óssibus his: Ecce ego intromittam in vos spírítum, & vivétis; & dabo super vos nervos, & succrésce fáciem super vos carnes, & superextendam in vobis cutem; & dabo vobis spírítum, & vivétis; & sciétis quia ego Dóminus. Et prophetávi sicut præcéperat mihi. Factus est autem sónitus, prophetante me; & ecce commótió; & accessérunt ossa ad ossa, unumquodque ad juncturam suam. Et vi-

di, & ecce super ea nervi, & carnes ascendérunt; & extenta est in eis cutis desuper; & spírítum non habébant. Et dixit ad me: Vaticináre ad spírítum, vaticináre, fili hóminis; & dices ad spírítum. Hæc dicit Dóminus Deus: A quátuor ventis veni, spírítus, & insuffla super interfectos istos, & reviviscant. Et prophetávi sicut præcéperat mihi: & ingressus est in ea spírítus, & vixérunt: steterúntque super pedes suos exercitus grandis nimis valdè.

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthæum.

**I**N illo tẽpore; Dixit Jesus discípulis suis: Quid prodest hómini, si mundum univèrsam lucrétur, ánimæ vero suæ detrimentum patiátur? Aut quam dabit homo commutatióem pro ánimá sua? Fílius enim hóminis ventúrus est in glória Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum ópera ejus.

### S A B B A T O.

Léctio Daniélis Prophætæ.

**I**N tẽpore illo confurget **M**íchael princeps magnus, qui stat pro fíliis pópuli tui: & véniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœpérunt, usque ad tempus illud. Et in tẽpore illo salvábitur pópulus tuus, omnis qui inventus fúerit scriptus in libro. Et multi de his qui dórmiunt in terræ púlvere, evigilábunt; álii in vitam æter-

nam, & alii in opprobrium, ut videant semper.

Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum.

Cap.  
13.

**I**N illo tempore; Dixit Jesus Petro, & Jacobo, & Joanni, & Andreae: Mittet Filius hominis Angelos suos, & congregabit electos suos a quatuor ventis, a summo terrae, usque ad summum caeli. A ficu autem discite parabolam. Cum jam ramus ejus tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo fit aestas. Sic & vos cum videritis haec fieri, scitote quod in proximo fit in ostitis. Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio haec, donec omnia ista fiant. Caelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. De die autem illo vel hora nemo scit.

## MISSA QUOTIDIANA.

### Introitus.

Thre.  
3.

**I**nundaverunt aquae super caput meum: invocavi nomen tuum, Domine, de lacu novissimo: vocem meam audisti; ne avertas aurem tuam a singultu meo, & clamoribus. *Psal.* De profundis clamavi ad te, Domine: \* Domine, exaudi vocem meam. Requiem aeternam. Inundaverunt.

*Psal.*  
129.

### Oratio pro Defuncto.

[ Si sit Pontifex vel Sacerdos aut Diaconus, vel Subdiaconus post litteram N. additur vox Pontificis, vel Sacerdotis, vel Diaconi, vel Subdia-

coni: quod in Secreta & Post-communione servatur.]

**I**nclina, Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur; ut animam famuli tui N. quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas, & sanctorum tuorum iubeas esse confortem: Per.

S. R.

### Pro Defuncta.

**Q**uaesumus, Domine, pro tua pietate, miserere animae famulae tuae N. & a contagiis mortalitatis exitam, in aeternae salvationis partem restitue: Per Dominum.

M. T.

*Pro pluribus Defunctis ejusdem aut diversi sexus.*

**D**eus, in cujus oculis non est innocens etiam laudabilis hominum vita, si remota misericordia discutias eam; ne exquiras peccata animarum quas tibi commendamus: sed quam fiducialiter speramus ac petimus, fac eas aliquam apud te indulgentiam invenire: Per Dominum.

M. P.

*In his Missis, post unam ex precedentibus Orationem, adduntur duae sequentes.*

### Pro Benefactoribus.

**D**eus, veniae largitor, & humanae salutis amator, quaesumus clementiam tuam, ut nostrae congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc seculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuae beatitudinis confortium pervenire concedas.

M. T.

Oratio.

## Oratio

## Pro omnibus Defunctis.

**F**idélium, Deus, ómnium  
cónditor & redemptor;  
animábus famulórum, famula-  
rúmque tuárum remissionem  
cunctórum tríbe peccatórum:  
ut indulgéntiam, quam semper  
optavérunt, piis supplicatió-  
nibus consequantur: Qui vivis.

*Epistola legitur una ex iis quæ infra posi-  
tæ sunt pro singulis hebdomadæ diebus.*

*Graduale.* Si ámbulem in  
medio umbræ mortis, non ti-  
mébo mala, quóniam tu me-  
cum es, Dómine. *ψ.* Virga tua  
& báculo tuus, ipsa me con-  
soláta sunt.

*Tractus.* Dóminus petra mea,  
& robur meum, & salvátor  
meus. Funes inferni circumde-  
derunt me: prævenérunt me lá-  
quei mortis. In tribulatióne  
mea invocábo Dóminum, &  
ad Deum meum clamábo. Et  
exáudiet de templo suo vocem  
meam; & clamor meus véniet  
ad aures ejus.

*Evangelium legitur unum ex iis quæ in-  
fra posita sunt pro singulis hebdomadæ die-  
bus.*

*Offertorium.* Dómine rex,  
Deus Abraham, miserere pó-  
puli tui: ne despicias partem  
tuam, quam redemisti tibi, &  
propítius esto forti & funículo  
tuo: converte luctum nostrum  
in gáudium, ut viventes laudé-  
mus nomen tuum, Dómine.

## Secreta pro Defuncto.

**A**nue nobis, quæsumus,  
Dómine, ut animæ famu-  
li tui *N.* hæc profit oblátio,  
quam immólando, totius mun-

di tribuisti relaxári delicta:  
Per eundem.

## Pro Defuncta.

**H**is sacrificiis, quæsumus,  
Dómine, sine quibus à  
culpa nemo liber éxtitit, áni-  
ma famulæ tuæ *N.* à peccátis  
ómnibus exuátur: &, per hæc  
piæ placatiónis officia, perpé-  
tuam misericórdiam consequá-  
tur: Per Dóminum.

## Pro pluribus Defunctis.

**H**anc oblatiόnem, quam  
tibi pro réquie & animá-  
bus famulórum tuórum, [*vel*  
famulárum tuárum] offerimus,  
quæsumus, Dómine, propí-  
tius intuére; & concéde, ut  
mórtuis profit ad véniam, quod  
cunctis vivéntibus præparáre  
dignátus es ad medélam: Per  
Dóminum nostrum.

## Pro Benefactoribus.

**D**eus, cujus misericórdiæ  
non est númerus, súsci-  
pe propítius preces humilitátis  
nostræ; & animábus fratrum,  
propinquórum, & benefactó-  
rum nostrórum, quibus tui nó-  
minis dedisti confessiόnem,  
per hæc sacramenta salútis nos-  
træ, cunctórum remissionem  
tríbe peccatórum.

## Pro omnibus Defunctis.

**H**ostias, quæsumus, Dó-  
mine, quas tibi pro ani-  
mábus famulórum, famula-  
rúmque tuárum offerimus, pro-  
pitiátus intende, ut quibus fí-  
dei christiánæ méritum contu-  
listi, dones & præmium: Per  
Dóminum nostrum.

## Præfatio de Defunctis.

*Communio.* Convertere, áni-



ma mea, in réquiem tuam, quia Dóminus benefécit tibi: placébo Dómino in regione vivórum.

*Postcommunio pro Defuncto.*

S. R. **P**rofit, quæsumus, Dómine, ánimæ famuli tui *N.* misericórdiæ tuæ imploráta cleméntia; ut ejus in quo sperávit & crédidit, æternum cápiat, te miserante, consórtium: Per Dóminum nostrum.

*Pro Defuncta.*

S. R. **I**nveniat, quæsumus, Dómine, ánimæ famulæ tuæ *N.* lucis æternæ consórtium, quæ in hac luce póstita, misericórdiæ tuæ consecúta est sacramentum: Per Dóminum.

*Pro pluribus Defunctis.*

S. R. **A**nimábus famulórum tuórum, (*vel famulárum tuárum*) Dómine, pro quibus hoc tibi obtúlimus sacrificium, placátus adesto; ut si quæ eis máculæ de terrénis contágiis adhæserunt, miseratiónis tuæ vénia deleantur: Per.

*Pro Benefactoribus.*

M. T. **P**ræsta, quæsumus, omnipotens & misericors Deus; ut ánimæ fratrum, propinquórum, & benefactorum nostrórum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtúlimus majestáti, ejusdem virtúte sacrificii, à peccátis ómnibus expiátæ; lucis perpétuæ, te miserante, recípiant beatitudinem.

*Pro omnibus Defunctis.*

S. R. **A**nimábus, quæsumus, Dómine, famulórum famularúmque tuárum, orátio pro-

ficiat supplicántium; ut eas, & à peccátis ómnibus éxuas, & tuæ redemptiónis fácias esse partícipes: Qui vivis.

## FERIA SECUNDA.

Léctio libri Apocalypsis beáti Joannis Apóstoli.

**I**n diébus illis; Audívi vocem de cælo, dicentem mihi: Scribe; Beáti mórtui qui in Dómino móriuntur. Amodò jam dicit Spíritus, ut requiescant à labóribus suis: ópera enim illórum sequuntur illos.

Cap.  
14.

Sequéntia sancti Evangélii secundùm Joannem.

**I**n illo témpore; Dixit Jesus Judæis: Omne, quod dat mihi Pater, ad me véniet; & eum qui venit ad me, non ejíciam foras: quia descendi de cælo, non ut fáciam voluntátem meam, sed voluntátem ejus qui misit me. Hæc est autem voluntas ejus qui misit me, Patris; ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resúscitem illud in novíssimo die. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me; ut omnis qui videt Fílium, & credit in eum, hábeat vitam æternam; & ego resuscitábo eum in novíssimo die.

Cap.  
6.

## FERIA TERTIA.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

**F**ratres; Si Christus prædicátur quòd resurrexit à

1.  
Cor.  
15.

mórtuis , quómo<sup>do</sup> quidam dicunt in vobis ; quóniam resur-  
 réctio mortuórum non est ? Si  
 autem resurréctio mortuórum  
 non est ; neque Christus resur-  
 réxit. Si autem Christus non  
 resurréxit , inánis est ergò præ-  
 dicátio nostra , inánis est &  
 fides vestra : invénimur autem  
 & falsi testes Dei ; quóniam  
 testimónium díximus adversùs  
 Deum , quòd suscitáverit Chris-  
 tum , quem non suscitávit , si  
 mórtui non resurgunt. Nam si  
 mórtui non resurgunt ; neque  
 Christus resurréxit. Quòd si  
 Christus non resurréxit , vana  
 est fides vestra ; adhuc enim  
 estis in peccátis vestris. Ergò  
 & qui dormiérunt in Christo ,  
 periérunt. Si in hac vita tan-  
 tùm in Christo sperantes fu-  
 mus , miserabilióres fumus óm-  
 nibus homínibus. Nunc autem  
 Christus resurréxit à mórtuis  
 primítie dormiéntium , quón-  
 iam quidem per hóminem  
 mors , & per hóminem resur-  
 réctio mortuórum.

Sequéntia sancti Evangélii  
 secundùm Joannem.

Cap. 5. **I**N illo témpore ; Dixit Je-  
 sus Judæis : Qui verbum  
 meum audit , & credit ei qui  
 misit me , habet vitam æter-  
 nam , & in iudícium non ve-  
 nit , sed tránfit à morte in  
 vitam. Amen , amen dico vo-  
 bis , quia venit hora , & nunc  
 est , quandò mórtui áudient  
 vocem Fílii Dei ; & qui au-  
 díerint , vivent.

**F E R I A Q U A R T A .**  
 Léctio Libri Ecclesiástici.

Cap. 7. **G**Rátia dati in conspectu  
 ómnis viventis , & mór-  
 tuo non prohibeas grátiam.  
 Non desis plorántibus in con-  
 solatióne , & cum lugéntibus  
 ámbula. Non te pígeat visitáre  
 infirmum : ex his enim in dilec-  
 tióne firmáberis. In ómnibus  
 opéribus tuis memoráre novís-  
 sima tua , & in æternum non  
 peccábis.

Sequéntia sancti Evangélii  
 secundùm Joannem.

Cap. 6. **I**N illo témpore ; Dixit Je-  
 sus Judæis : Nemo potest  
 veníre ad me , nisi Pater , qui  
 misit me , tráxerit eum ; &  
 ego resuscitábo eum in novís-  
 simo die. Est scriptum in Pro-  
 phétis : Et erunt omnes docí-  
 biles Dei. Omnis qui audívit  
 à Patre , & dídicit , venit ad  
 me : non quia Patrem vidit  
 quisquam , nisi is qui est à Deo ,  
 hic vidit Patrem. Amen , amen  
 dico vobis : Qui credit in me ,  
 habet vitam æternam.

**F E R I A Q U I N T A .**  
 Léctio Malachíæ Prophétæ.

Cap. 4. **H**Æc dicit Dóminus : Ecce  
 dies véniet succensa quasi  
 camínus : & erunt omnes su-  
 perbi , & omnes facientes im-  
 pietátem , stípula ; & inflam-  
 mábit eos dies véniens , dicit  
 Dóminus exercítuum , quæ non  
 derelinquet eis radicem & ger-  
 men. Et oriétur vobis timén-  
 tibus nomen meum sol justítie ,  
 & sánitas in pennis ejus : &  
 egrediémini , & salietis sicut

vítuli de armento. Et calcábitis ímpios , cùm fúerint cinis sub planta pedum vestrórum , in die qua ego fácio , dicit Dóminus exercítuum. Mementóte legis Móysi servi mei , quam mandávi ei in Horeb ad omnem Israél , præcepta & judícia. Ecce ego mittam vobis Eliám Prophétam , antequàm véniat dies Dómini magnus & horríbilis : & convertet cor patrum ad filios , & cor filiórum ad patres eórum ; ne fortè véniam , & percútiám terram anathémate.

Sequéntia sancti Evangélii secundùm Joannem.

Cap.  
6.

**I**N illo témpore ; Dixit Jesus Judæis : Amen , amen dico vobis , Nisi manducáveritis carnem Fílii hóminis , & bibéritis ejus sánguinem , non habébitis vitam in vobis. Qui mandúcat meam carnem , & bibit meum sánguinem , habet vitam æternam : & ego refuscitábo eum in novíssimo die.

F E R I A S E X T A .

Léctio Baruch Prophétæ.

Cap.  
3.

**N**unc , Dómine omnipotens , Deus Israél , ánima in angústis , & spíritus anxius clamat ad te. Audi , Dómine , & miserére , quia Deus es misericors ; & miserére nostri , quia peccávimus ante te. Quia tu sedes in sempiternum , & nos períbimus in ævum ? Dómine omnipotens , Deus Israél , audi nunc oratióem mortuórum Israél.

Sequéntia sancti Evangélii secundùm Matthæum.

Cap.  
24.

**I**N illo témpore ; Dixit Jesus discípulis suis : Cœlum & terra transíbunt ; verba autem mea non præteríbunt. De die autem illa & hora nemo scit , neque Angeli cœlórum , nisi solus Pater. Sicut autem in diébus Noe , ita erit & adventus Fílii hóminis. Sicut enim erant in diébus ante dilúvium comedentes & bibentes , nubentes & núptui tradentes , usque ad eum diem , quo intrávit Noe in arcam ; & non cognóverunt donec venit dilúvium , & tulit omnes : ita erit & adventus Fílii hóminis. Tunc duo erunt in agro ; unus assumétur , & unus relinquetur : Duæ molentes in mola. Una assumétur , & una relinquetur. Vigiláte ergò , quia nescítis quâ hora Dóminus vester ventúrus sit.

S A B B A T O .

Léctio Joélis Prophétæ.

Cap.  
3.

**H**æc dicit Dóminus : Consurgant & ascendant Gentes in vallem Jófaphat ; quia ibi sedébo , ut júdicem omnes gentes in circúitu. Míttite falces , quóniam maturávit messis. Veníte , & descéndite ; quia plenum est tórcular , exúberant torculária : quia multiplicáta est malítia eórum. Pópuli , pópuli , in valle concisiónis : quia juxta est dies Dómini in valle concisiónis. Sol & luna obtenebráti sunt , & stellæ retraxérunt splendó-

rem

rem suum. Et Dominus de Sion rugiet, & de Jerusalem dabit vocem suam: & movebuntur cœli & terra.

Sequência sancti Evangelii secundum Marcum.

Cap.  
13.

**I**n illo tempore; Dixit Jesus Petro, & Jacobo, & Joanni, & Andréæ: Sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stellæ cœli erunt decedentes; & virtutes, quæ in cœlis sunt movebuntur. Et tunc videbunt

Filius hominis venientem in nubibus, cum virtute multa, & gloria. Et tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos, à quatuor ventis, à summo terræ usque ad summum cœli.

**MISSA PRO OMNIBUS Fidelibus Defunctis dicitur ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, die secundâ Novembris, cum unica Oratione, Fidelium.**

## ORATIONES DIVERSÆ PRO DEFUNCTIS.

[ Dicuntur quandò celebratur Missa de Die, in qua occurrit Commemoratio faciendâ de Defunctis. ]

**PRO PAPA,  
PRO ARCHIEPISCOPO,  
VEL EPISCOPO.**

*Oratio.*

Miss.  
Rem.

**D**eus, qui famulum tuum **N.** <sup>Papam</sup> <sub>Antistitem</sub> nostrum ad apicem sacerdotii evectum, de corpore mortis hujus educere voluisti, suscipe propitius preces nostras; & præsta, ut anima ejus tremendi oneris pondere liberata, ad thronum gloriæ tuæ recipi, & tecum in eo sedere mereatur: [ Per Dominum. ]

*Secreta.*

Miss.  
Rem.

**S**uscipe, quæsumus, Domine, pro anima famuli tui **N.** <sup>Papæ</sup> <sub>Antistitis</sub> nostri, quas offerimus hostias; ut qui gravi mû-

nere functus est in terris, uberiori misericordiæ tuæ beneficio sublevetur in cœlis: Per Dominum.

*Postcommunio.*

Miss.  
Rem.

**I**dem nutriti mysteriis, quibus defunctus <sup>Papa</sup> <sub>Antistes</sub> noster **N.** tibi, Domine, litavit, clementiam tuam exoramus; ut hujus virtute sacrificii perveniat ille ad interiora velaminis, ubi per eandem hostiam introivit futurorum bonorum Pontifex Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: [ Qui tecum vivit. ]

**PRO ALIO EPISCOPO.**

*Oratio.*

M. T.

**D**eus, qui inter apostolicos sacerdotes famulum

tuum *N.* Pontificale dignitate fecisti vigere : præsta , quæsumus , ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio : [ Per Dominum. ]

*Secreta.*

*M. P.* **I**mmensam clementiam tuam , **D**omine , suppliciter imploramus : ut hoc sacrificium , quod famulus tuus *N.* Pontifex , dum esset in corpore , majestati tuæ pro salute fidelium obtulit , ipsi nunc profit ad veniam : [ Per Dominum. ]

*Postcommunio.*

*M. P.* **Q**uæsumus , omnipotens & misericors Deus , ut famulum tuum *N.* quem in terris pro Christo legatione fungi tribuisti , his emundatum sacrificiis , confedere facias in cœlestibus cum eodem Christo Jesu Domino nostro : [ Qui tecum vivit. ]

### PRO SACERDOTE.

*Oratio.*

*Misf. Rem.* **D**eus , qui inter ministros & dispensatores mysteriorum tuorum famulum tuum *N.* ad sacrificandum tibi hostiam laudis elegisti ; te supplices exoramus , ut eum à carnis vinculis absolutum , cum iis qui benè ministraverint , partem recipere , & in gaudium tuum facias introire : [ Per Dominum. ]

*Secreta.*

*Misf. Rem.* **M**emor esto , quæsumus , **D**omine , sacrificii quod offerimus pro famulo tuo *N.* Sacerdote precantes ; ut Christus Mediátor ei subveniat ,

quem medium inter te & populum tuum fieri voluisti : [ Per Dominum. ]

*Postcommunio.*

*Misf. Rem.* **S**umptis salutaribus sacramentis imploramus clementiam tuam , omnipotens Deus ; ut famulum tuum *N.* Sacerdotem , quem fecisti mysteriorum tuorum dispensatorem in terris , eorum facias in cœlis apertâ veritate nutriri : [ Per Dominum. ]

### PRO DEFUNCTO

NON SACERDOTE.

*Oratio.*

*Si sit Diaconus vel Subdiaconus additur vox Diaconi vel Subdiaconi.*

*S. R.* **I**nclina , **D**omine , aurem tuam ad preces nostras , quibus misericordiam tuam supplices deprecamur ; ut animam famuli tui *N.* quam de hoc seculo migrare jussisti , in pacis ac lucis regione constituas , & sanctorum tuorum jubeas , esse consortem : [ Per. ]

*Secreta.*

*S. R.* **A**nnue nobis , quæsumus , **D**omine , ut animæ famuli tui *N.* hæc profit oblatio , quam immolando , totius mundi tribuisti relaxari delicta : [ Per. ]

*Postcommunio.*

*S. R.* **P**rofit , quæsumus , **D**omine , animæ famuli tui *N.* misericordiae tuæ implorata clementia : ut ejus in quo speravit & credidit , æternum capiat , te miserante , consortium : [ Per Dominum. ]

PRO DEFUNCTA.

Oratio.

M. T. **Q**Uæsumus, Dómine, pro tua pietáte, miserere animæ famulæ tuæ N. & à contágiis mortalitátis exútam, in æternæ salvatiónis partem restítue: [ Per Dóminum. ]

Secreta.

M. T. **H**is sacrificiis, Dómine, sine quibus à culpa nemo liber éxstitit, ánima famulæ tuæ N. à peccátis ómnibus exuátur: & per hæc piæ placatiónis officia, perpétuam misericórdiam consequátur: [ Per Dóminum. ]

Postcommunio.

S. R. **I**Nvéniat, quæsumus, Dómine, ánima famulæ tuæ N. lucis æternæ consórtium, quæ in hac luce pósito, misericórdiæ tuæ consecúta est sacramentum: [ Per. ]

PRO PLURIBUS DEFUNCTIS.

Oratio.

M. P. **D**Eus, in cujus óculis non est innocens étiam laudábilis hóminum vita, si remótâ misericórdiâ discútias eam; ne exquíras peccáta animárum quas tibi commendámus: sed quam fiduciáliter sperámus ac pétimus, fac eas áliquam apud te indulgéntiam inveníre: [ Per Dóminum. ]

Secreta.

S. R. **H**anc oblatiõem, quam tibi pro réquie & animábus famulórum tuórum, ( vel famulárum tuárum ) offerimus, quæsumus, Dómine, propi-

tius intuére; & concéde, ut & mórtuis profit ad véniam, quod cunctis vivéntibus præparáre dignátus es ad medélam: [ Per. ]

Postcommunio.

S. R. **A**Nimábus famulórum tuórum, ( vel famulárum tuárum ) Dómine, pro quibus hoc tibi obtúlimus sacrificium, placátus adesto; ut si quæ eis máculæ de terrénis contágiis adhæserunt, miseratiónis tuæ vénia deleantur: [ Per Dóminum. ]

IN DIE TERTIO,

SEPTIMO ET TRIGESIMO

post mortem Archiepiscopi, aut alius Episcopi vel Sacerdotis.

Oratio.

**Q**Uæsumus, Dómine, ut animæ famuli tui N. Pontíficis ( nostri, ) ( vel Sacerdotis, ) cujus depositióis diem tértium ( vel séptimum, ) ( vel trigésimum ) commemorámus, Sanctórum atque electórum tuórum largíri dignéris consórtium: Per.

Secreta.

M. P. **H**ostia salutáris, quam tibi, Dómine, dùm víveret, tota mentis devotiõe famulus tuus N. Póntifex, ( noster ) ( vel Sacerdos ) obtulit, sit ei ómnium propitiátio delictórum: Per.

Postcommunio.

M. P. **P**er ineffábile, quo nos pascis, sacramentum, te, Dómine, súpplices exorámus: ut famulum tuum N. Pontíficem ( nostrum ) ( vel Sacer-

dótem, ) quem mensæ tuæ dispensatórem constituisti in via, mensæ cœlestis partícipem reddas in pátria : Per.

**IN DIE TERTIO,**  
SEPTIMO ET TRIGESIMO,  
post mortem Defuncti non  
Sacerdotis.

*Oratio.*

*Si sit Diaconus vel Subdiaconus additur vox Diáconi, vel Subdiáconi.*

**Q**Uæsumus, Dómine, ut  
ánimæ fámul<sup>i</sup><sub>a</sub> tu<sup>i</sup><sub>a</sub> N. cu-  
jus depositiónis diem tértium  
( *vel séptimum* ) ( *vel trigé-  
simum* ) commemorámus, Sanc-  
tórum atque electórum tuórum  
largíri dignéris consórtium :  
[ Per Dóminum. ]

*Secreta.*

**M**Unera, quæsumus, Dó-  
mine, quæ tibi pro áni-  
ma fámul<sup>i</sup><sub>a</sub> tu<sup>i</sup><sub>a</sub> N. offérimus,  
placátus intende ; ut remédiis  
purgáta cœlestibus, in tua  
pietáte requiescat : [ Per Dó-  
minum. ]

*Postcommunio.*

**O**Mnípotens sempiterne  
Deus, fámul<sup>u</sup><sub>a</sub> tu<sup>u</sup><sub>a</sub> N. cujus diem depositiónis tér-  
tium, ( *vel séptimum* ) ( *vel  
trigésimum* ) celebrámus, in  
finu Abrahæ, Isaac & Jacob  
collocáre dignáre ; ut, cum  
dies agnitiónis tuæ vénerit,  
inter sanctos & electos tuos  
e<sup>u</sup><sub>a</sub> refuscitári præcípias : [ Per  
Dóminum. ]

**IN ANNIVERSARIIS.**

( *Si plures sint Defuncti, sequentes Ora-*

*tiones dicuntur in plurali. Si Defunctus sit  
Episcopus, vel Presbyter, aut Diaconus,  
vel Subdiaconus ejus nomini additur Ponti-  
ficis, vel Sacerdotis, vel Diaconi, vel Sub-  
diaconi. )*

*Oratio.*

**D**Eus, indulgentiarum Dó-  
mine, da ánimæ fámul<sup>i</sup><sub>a</sub> tu<sup>i</sup><sub>a</sub> N. cujus anniversárium  
depositiónis diem commemorá-  
mus, refrigerii sedem, quié-  
tis beatitúdinem, & lúminis  
claritátem : [ Per Dóminum. ]

*Secreta.*

**P**ROPITIARE, Dómine, sup-  
plicationibus nostris, pro  
ánima fámul<sup>i</sup><sub>a</sub> tu<sup>i</sup><sub>a</sub> N. in cujus  
ánnu die tibi offérimus sacri-  
ficium laudis : ut eam sanctó-  
rum tuórum consórtio fociáre  
dignéris : [ Per Dóminum  
nostrum. ]

*Postcommunio.*

**P**RÆSTA, quæsumus, Dó-  
mine, ut ánimæ fámul<sup>i</sup><sub>a</sub> tu<sup>i</sup><sub>a</sub> N. cujus anniversárium de-  
positiónis diem commemorá-  
mus, his purgáta sacrificiis,  
indulgéntiam páriter & ré-  
quiem cápiat sempiternam :  
[ Per Dóminum. ]

**PRO COMMÉMORATIONIBUS  
QUOTIDIANIS.**

*Orationes ut suprâ pro Defuncto, pro  
Defuncta, vel pro pluribus Defunctis. Si  
Defunctus sit Pontifex, vel Sacerdos, vel  
Diaconus, vel Subdiaconus, post nomen  
additur vox Pontificis, vel Sacerdotis, vel  
Diaconi, vel Subdiaconi.*

**PRO DEFUNCTIS  
in cœmeterio quiescentibus.**

*Oratio.*

**D**Eus, cujus miseratióne  
ánimæ fidélium requies-  
cunt ; fámulis & famulábus

tuis,

tuis, hic & ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum; ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur: [ Per eundem. ]

*Secreta.*

**P**RO animabus famulorum, famularumque tuarum, quorum corpora hic & ubique in Christo quiescunt, hostiam, Domine, suscipe benignus oblata: ut hoc sacrificio singulari vinculis horrendæ mortis exuti, vitam adipiscantur æternam; [ Per eundem. ]

*Postcommunio.*

**O**Mnipotens sempiternæ Deus, cui nunquam sine spe misericordiæ supplicatur; propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, quorum corpora hic & ubique quiescunt: ut qui de hac vita in tui nominis confessione decesserunt, Sanctorum tuorum numero facias aggregari: [ Per Dominum. ]

**PRO BENEFACTORIBUS.**

*Oratio.*

**D**Eus, veniæ largitor & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregatiōnis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente, cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas: [ Per Dominum. ]

*Secreta.*

**D**Eus, cujus misericordiæ non est numerus, suscipe propitius preces humilitatis nostræ: & animabus fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum, quibus tui nominis dedisti confessionem, per hæc sacramenta salutis nostræ, cunctorum remissionem tribue peccatorum: [ Per Dominum. ]

*Postcommunio.*

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotens & misericors Deus; ut animæ fratrum, propinquorum & benefactorum nostrorum, pro quibus hoc sacrificium laudis tuæ obtulimus majestati, ejusdem virtute sacrificii, à peccatis omnibus expiata, lucis perpetuæ, te miserante, recipiant beatitudinem: [ Per. ]

**PRO OMNIBUS FIDELIBUS DEFUNCTIS.**

*Oratio.*

**F**idelium, Deus, omnium conditor & redemptor; animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur: [ Qui vivis & regnas. ]

*Secreta.*

**H**ostias, quæsumus, Domine, quas tibi pro animabus famulorum, famularumque tuarum offerimus, propitiatus intende: ut quibus fidei Christianæ meritum contulisti,



dones & præmium : [ Per Dó-  
minum nostrum. ]

*Postcommunio.*

S. R. **A** Nimabus, quæsumus, Dó-  
mine, famulorum, famu-  
larumque tuarum, oratio pro-  
ficiat supplicantium : ut eas,  
& à peccatis omnibus exuas,  
& tuæ redemptionis facias esse  
participes : [ Qui vivis. ]

PRIVATIM PRO DEFUNCTIS  
Patre & Matre.

*Oratio.*

M. T. **D** Eus, qui nos patrem &  
matrem honorare præ-  
cepisti; miserere clementer ani-  
mabus patris ac matris meæ,  
( *vel* animæ patris mei *aut* ma-  
tris meæ, ) eorumque ( *vel*  
ejusque ) peccata dimitte; me-  
que eos ( *vel* eum *aut* eam )  
in æternæ claritatis gaudio fac  
videre : [ Per Dóminum. ]

*Secreta.*

M. T. **S** Uscipe, Dómine, sacrifi-  
cium, quod tibi pro ani-  
mabus patris & matris meæ  
( *vel* pro anima patris mei *aut*  
matris meæ ) offero : eisque  
( *vel* eique ) gaudium sempiternum  
in regione vivorum  
concede; meque cum illis  
( *vel* cum illo *aut* illa ) feli-  
citati Sanctorum conjunge :  
[ Per. ]

*Postcommunio.*

M. T. M. P. **C** Elestis participatióne sa-  
cramenti, da mihi, Dó-  
mine, mundas tibi preces of-  
ferre; ut & animabus patris  
& matris meæ ( *vel* animæ pa-  
tris mei *aut* matris meæ ) lu-  
cem valeam obtinere perpé-

tuam, & me in eorum ( *vel*  
ejus ) consórtio grátia tua co-  
ronet æterna : [ Per Dómi-  
num. ]

I N E X E Q U I I S  
P A R V U L O R U M.

*Introitus.*

**V** Enite, benedicti Patris  
mei, percipite regnum,  
allelúia, quod vobis  
paratum est ab origine mundi :  
allelúia, allelúia. [ *Post Sep-  
tuagesimam, omittitur Alle-  
lúia.* ] *Psalms.* Confitemini  
Dómino, quóniam bonus; \*  
quóniam in séculum misericór-  
dia ejus. Glória. Venite.

Mat.  
25.

Psal.  
117.

*Dicitur Glória in excelsis.*

*Oratio.*

M. P. **O** Mnípotens & mitissime  
Deus, qui omnibus pár-  
vulis renátis fonte baptísmatis,  
dum migrant à século, sine ul-  
lis eorum méritis, vitam illico  
largiris æternam: fac nos, quæ-  
sumus, per intercessiónem beá-  
tæ Mariæ semper vírginis, &  
omnium electórum tuorum,  
hic purificáti tibi méntibus fa-  
mulári, & in paradíso beátis  
párvulis perénniter sociári:  
Per Dóminum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli  
Apóstoli ad Romános.

**O** Altitúdo divitiarum sa-  
piéntiæ, & sciéntiæ Dei!  
Quàm incomprehensibília sunt  
judícia ejus, & investigábiles  
viæ ejus! Quis enim cognóvit  
sensum Dómini? aut quis con-  
siliárius ejus fuit? aut quis  
prior dedit illi, & retribuétur  
ei? Quóniam ex ipso, & per

Cap.  
11.

ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula. Amen.

Tit.  
3.

*Graduale.* Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit Deus per lavacrum regenerationis. *Ps.* Quam magnificata sunt opera tua, Domine! nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.

Tob.  
13.

Allelúia, allelúia. *Ps.* Lætáberis, Jerúsalem, in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur & congregabuntur ad Dóminum. Allelúia.

*Prosa.*

**F**UNERI ne date planctum:  
Funus hoc, funus sanctum.

VITAM mors hæc largitur:  
Cælum hic aperitur,  
Nil damnationis reperitur.

Non est salus volentis;  
Non est merces currentis:  
Est totum gratiæ miserentis.  
SINE cursu, bravium dat;  
Sine pugna, coronat.

Hinc rapere properavit,  
Propósito Deus qui vocavit.

FELICI quid postulémus  
Animæ? quid optémus?  
Quin ipsa Christum precatur,  
Reis nobis ut misereatur.

TÆSOS vitæ, Christe, longæ  
Nos parvulis junge:  
Choris beátis

Nos infer gratis. Amen.

*Post Septuagesimam, omis-  
sis Allelúia, & Prosa, dicitur  
sequens*

Psal.  
123.

*Traëtus.* Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo veniantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adjutorium nostrum in nomine

Dómini, qui fecit cælum & terram.

*Tempore Paschali, Allelúia, allelúia. Ps.* Lætáberis, Jerúsalem, in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur & congregabuntur ad Dóminum.

Tob.  
13.

Allelúia, allelúia. Laudáte, púeri, Dóminum; laudáte nomen Dómini. Allelúia.

*Deindè dicitur Prosa Fúneri, ut supra.*

*Sequéntia sancti Evangélii secundum Marcum.*

**I**N illo tempore; Offerébant Jesu parvulos, ut tangeret illos. Discípuli autem comminabantur offeréntibus. Quos cum vidéret Jesus, indignè tulit, & ait illis: Sinite parvulos venire ad me; & ne prohibéritis eos: tálum enim est regnum Dei. Amen dico vobis; Quisquis non recéperit regnum Dei velut parvulus, non intrábit in illud. Et complexans eos, & impónens manus super illos, benedicébat eos.

Cap.  
10.

*Dicitur Credo.*

*Offertorium.* Hi empti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & Agno, & in ore eorum non est inventum mendácium: sine mácula enim sunt ante thronum Dei. (*Extra Septuagesimam, Allelúia.*)

Apoc.  
14.

*Secreta.*

**D**Eus, qui miseréris cuius miseréris, oblátum tibi sacrificium benignus súscipe; quo & vocáti secundum pro-

M. P.

pófitum infantis célerem sine pugna victóriam celebrámus, & nobis depóscimus contínuum in periculóso certámine adjutórium : Per Dóminum.

Sap.  
19.

*Communio.* Tanquàm agni exultavérunt, magnificantes te, Dómine, qui liberafti illos. (*Extra Septuagesimam additur Allelúia.*)

*Postcommunio.*

**D**Eus, qui properafti edúcere plácitam tibi ánimam felícis infantis : da peregrinántibus à te & per fidem adhuc ambulántibus ; ut cœlesti quo nutrímur cibo illumináti, mundi hujus nec mutémur malítia, nec fictióne decipiámur : Per Dóminum.

**F I N I S.**







